Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

n. 2. Chronicon Salisburgense apud Kier. Pezium Script. rer. Austr. t. I, ad an. MCCLIII. -- Rex Boemiæ, Dux Bavariæ, Comes Tyrolensis, Episcopus Gurgensis obierunt. Avenpeckius Chron. Austr. Albertus Comes Goritiæ et Tyrolis, obiit 1253. in die Mariæ Magdalenæ, in fundatione filii (errat hic dum Albertum Fundatoris Stamsensis patrem dicit) in Monasterio Stambs est honorifice humatus, de Tyroli translatus. Meichelbeckius Chron. Benedictob. p. I, c. 18, ad diploma Gebhardi Comitis, quod Add. 24 recitabo, advertit: Eum rerum Comitatus Tyrolensis alignando potitus fuisse, ex præsenti instrumento est manifestum, ex quo etiam intelligimus, præditum Albertum obiisse non anno 1254. sed 1253. Sane cur hic Gebhardus se non scripserit Comitem Tyrolis, nobis hactenus compertum est. Ratio omissi hujus tituli videtur, quia ambo affines, nempe Meinhardus Goritiæ et Gebhardus Hirschbergæ Comites, de titulo usurpando nondum convenerant. Certum denique reddit ait ill. Corominius Tent. geneal. Comitum Goritiæ c. 3, annum 1253 mortis Alberti ultimi Comitis Tyrolis, Bulla Innocentii IV. Autographa inspecta a peril. Rosenthalio: quia V. (Viam) Comitissam, A. (Alberti) Comitis Tyrolis Viduam, in suam protectionem suscipit. Datum Lateran. Idibus Januarii, anno Pontificatus XI. Denotat hic annus XI Pontificatus annum Domini 1254; quia Innocentius IV creatus fuerat Papa anno 1243 in festo S. Joannis Baptistæ. Ergo Ante Idus Januarii anni 1254 jam

n. 3.

n. 4.

n. 4. ~~Levissimum~~ Leve rei præsenti momentum addit ~~Scilicet rem denique vulgatum illud~~ Chronicon Stamsense; quod ab Kier. Pezio inter Scriptores rerum Austriacarum t. II, ex Carthusia Gommicensi in lucem datum † clarissimis viris diversimode imposuit. ~~Estaudem illud nil aliud quam seria~~ Principum Stamsii Sepultorum, et quædam Monachis hujus cænobii in tabula quadam successive designata, atque ad annum usque 1520 continuata. ~~est~~ Tabula quidem antiqua Stamsii jam non superest, in restauratione templi haud dubie per incuriam abjecta et perdita. Eandem tamen diu ante descripserat Tob. Zigelius noster Notarius Apostolicus, prefixo hoc titulo:

† Nomina Gloriosi Fundatoris, eiusque progeniei, Monasterii Stambs, descripta ex pervetusta tabula

obierat Albertus. Pendus huic veritati addunt tabulæ Novacellenses, apud Cl. Rieppum in ser. Præp. Novacell. §. 12. quibus Adelhaidis Comitissa de Gerzes Tirol in arce Ulten privilegium ab Alberto patre suo defuncto confirmat XVII Junii an. 1254. Denique Nécrologio Diessensi inscriptus est ad XI Kal. Aug. Albertus Comes de Tirol.

† Ali non integrum, a clarissimis viris in testimonium allegari consuevit. ~~† Cum enim hoc ab ipsis dissimilium esset, erat deficientibus fere facillimum fuit.~~

Continetautem seriem

alia, a

Cust. + Urk. G. VII. 9 n. 1.